



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Abbatis Isaac Thebæi, & quomodo etiam ei appatuit dæmon in figura
adolescentis. Capvt. CLXI.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Idem Abbas Menas dicebat cœnobij fratribus: Filii, filij, secularium colloquia. Solent enim nocere iunioribus monachis. Dicebat iterum senex: Omnis ætas pœnitentiam agere debet, iuvenes simul, ac senes, vt æternâ vitâ frui cū gloriâ & laude mereamur; iuvenes quidem, quia in flore ætatis, cū feruet concupiscentia, ceruicem leuam sub iugum pudicitie miserunt; senes vero, qui inolitam sibi ex multis temporibus malorum participationem transferre ad meliora potuerunt.

1. Vide sancti patris delicias. Nuditas fuit eim vestitus herbæ cibus.

Quomodo demon apparuerit cuidam seni in forma pueri nigerrimi.

C A P V T. CLX.

Narrauit nobis Abbas Paulus dux cœnobij Abbatis Theognosti, quia dixerit senex quidam: Cū die quadam sederem in cellula mea, ¹operarerque manibus meis (tangebam auricam canistrum, & psalmos repetebam) ecce per fenestram ingressus est quasi puer Aethiops, & stans coram me saltare cœpit, psallentique mihi dixit: Senex nōne bene salto? Ego autem nihil respondi. Rursus ait mihi: Non tibi placet hæc saltatio mea? Nihil autem respondentem mihi, ait: Ecce peccatas te, male senex, magnum aliquid agere. Dixit mihi, quia & in sexagesimo quinto, & in sexagesimo sexto psalmo errasti. Tunc surgens ego procedi ad ²orationem; & ille euauit.

1. Opera manuum, & psalmodie erant exercitia antiquorum monachorum.

2. Quanta vis orationis, cum effugare valeat demonem. Vita Abbatis Isaac Thebei, & quomodo etiam ei apparuit demon in figura adolescentis.

LVcos Thebaidis ciuitas est. Ab hac mōs quidā sex millibus passuum distat, habitantq; in eo monachi alij quidē in speluncis, alij autem in cellis. Profecti ergo nos illuc conuenimus Abbatē Isaac, Thebæum genere. Narrauitq; nobis senior dicēs ante: annos quinquaginta duos cū operarer conopionem, in ¹ laborando erraui, affligebarq;, quia errorē nec repirire nec emendare valebā. Totum ergo diē consumpsi, me frustra concidens, & quid agerem, ignorabam. Et cū ferē desperarē, ecce per fenestram ingressus adolescens ait mihi: Errasti, sed da mihi opus, vt illud corrigam. Aio autē ad illum: Vade hinc, Absit hoc à me. Respondit mihi & ipse: Certē damnum tibi est, si malē opus facias. Tunc dixi ei: Noli de hoc ipse curam gerere. Ait ad me denuo: Misereor tui, quia laborem tuum perdis. Et respondi illi: Malē huc venisti, & tu, & qui te adduxerunt. Dixit autem mihi: Verē tu me huc adduxisti, & meus es. Aio ad illū ego: Cur hoc? Respondit, ille mihi: Quia tres dies Dominicos egisti communicans, & ² inimicus es vicini tui. Dixi autem illi: Mentiris. Tunc ipse mihi: Non mentior. Nam propter lenticulam iratus es illi. Et ego sū, qui præsūm iræ, & memoriæ iniuriarum. Es amodō meus. His ego auditis, mox egressus cellulam, abij ad fratrem, & prostratus illi veniam petij: reconciliatiq; sumus. Reuersus autem inueni illum destruxisse & conopionem, & psiathium, vbi orabam.

¹ Ecce & hic opus manuum.

² Vides quod ad dignam sumptionem Eucharistiæ opus est penitus munda conscientia, contra hereticorum dogmata.